



eM. 59. 3.





# CANTICVM MOSIS TRIVMPHALE

EXOD. XV. 1-21.

AVGVSTVM POESEOS HEBRAEORVM EXEMPLVM

DISSERTATIO THEOLOGICA IUBILAEA

BISSAECVLARI

CONDITAE ALMAE SALANAE

MEMORIAE CONSECRATA

ADSISTENTE ECCLESIAE EVANGELICAE TUTORE DEO  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

F R I D E R I C O

MARGGRAVIO BRANDENBURGI BORVSSIAE  
SILESIAE MAGDEBURGI CLIVIAE DVCE  
BVRGGRAVIO NORIMBERGAE CAET. CAET.

DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO

P R A E S I D E

CASPARO IACOBO HVTHIO

SS. THEOL. D. ET PROF. PVBL. ORD.

ANTISTITE PALAEOPOLITANO SOCIETATIS TEVTONICAE  
DIRECTORE GYMNASII ILLVSTRIS SCHOLARCHA

ORDINIS THEOLOGORVM H. T. DECANO

IN ALMA FRIDERICIANA ERLANGENSI  
DIE III. FEBRVARII MDCCCLVIII. m.

R E S P O N D E B I T

IOANNES ADAMVS LVDOVICVS WEZEL

B A R V T H I N V S

S S. THEOLOGIAE CVLTOR  
SOCIETATIS TEVTONICAE ERLANGENSIS SODALIS.

E R L A N G A E

T Y P I S IO. DITER. MICH. CAMERARII ACADEM. T Y P O G R. 1758.



ALMAE SALANAE  
PRORECTORI MAGNIFICO  
SENATVI SPLENDIDISSIMO  
PATRIBVS FRATRIBVS AMICIS  
HONORATISSIMIS AESTVMATISSIMIS  
BISSAECVLARIA  
INAVGVRATAE ACADEMIAE  
GRATVLATVR IVBILA

CASPARVS IACOBVS HVTHIVS. D.

**N**on adeo terris coeloque a VOBIS diuisum  
me tenet Franconia, VIRI MAGNIFICE!  
SVMME VENERABILES! ILLVSTRES!  
EXCELLENTISSIMI! quin vestra exultem  
laetitia, Vestroque gudio triumphare in-  
cipiam, cum auspicatissimus consecratae  
ante duo saecula Academiae reuertitur  
dies, toti Litteratorum orbi jubilaeus. Vester sui qua-  
tuordecim annis: quemadmodum et quatuordecim  
nunc annos in hac nostra Fridericiana corpore a Vobis  
viuo disiunctus, sed animo, pietate, votis, amore,  
VOBIS coniunctissimus. Vestris in scholis optimarum  
quarumcunque doctrinarum scientia adoleui imbutus:  
viuunt adhuc PRAECEPTORES, quos aeternum venerabor.  
Vestra indulgentia cathedram doctoris ipse conscendi:

A 2

fluxe-

fluxeruntque sine curis, sine molestia dies. Neminem ex Vobis sensi inimicum: Patronos, Fautores, Amicos, expertus sum omnes. Viget adhuc inter Vos studiorum Promotor, eruditissimus Revschivs, qui consiliis suis et commendatitiis, me quidem prorsus inscio, quae mentis excelsae etcandidi pectoris praerogativa est, effecit, ut ad hanc in Fridericana nostra prouinciam vocatio mihi obtigerit, vere diuina. Florent et in Venerabili Vestro ordine Vestramque ornant cathedram, quos AUDITORES reliquisse glorior. Permittite ut inter festiuos gaudentium plausus et VESTRIS, pietate non postremus, iungar.

Singularis haec est Numinis diuini prouidentia, ut quae inter summa duorum saeculorum de vniuersa Christi ecclesia totoque orbe litterato merita consenuit, illustrissima SALANA, nullum omni ex parte virium passa decrementum, filios circumspiciat velut rorem ex aurora sibi natos, nouoque repubescens robore, bis centesimum, suis redimita lauris, nunc agat natalem. Depulit Deus pro insigni clementia, ab hac festiuitate bellorum tumultus: votiuas laetantium acclamations neque scutorum gladiorumque strepitus, neque cataphractorum interrumpunt susurri. Rebus tranquillatis in saecularia Musae effunduntur gaudia: neque lugubres ex Helicone resonant voces. Templum ouantes ingredimini honoris, diemque augustum inter preces et iubila aeternitati consecratis.

Ego vero ne inter haec votorum solemnia ingratius videar siluisse, carmen Vobis exhibeo Mosis triumphale, quo magnalia quondam Dei ad mare rubrum praedicauit immortalis heros. Constitueram primum, Condi-

Conditorem Vestrae Academiae FRIDERICVM CONFESOREM, ad exemplum Abelis, Vobis sistere post mortem loquentem: sed castiganda fuisset *Du Fresnii* vecordia, qui adscita nuperrime Electoris Bauariae auctoritate, orbi Christiano persuadere voluit, superesse in archiuis electoralibus toties a nostris postulatum nefandae epistole exemplar, qua gloriofissimae memoriae Electorem, IOANNEM CONSTANTEM, Apostatam obiisse a FRIDERICO Filio nunciari, impudentissime configitur. At vero iniurias, lingua germanica effusas, et germanica contundendas censui: quod, simulac *Anti-Stroeblianis* absoluero dissertationes, exequar. Mutaui ea de caussa consilium, primumque Poeseos Hebraeorum hic offero specimen, saecularibus magis accommodatum gaudiis. Audiuitis me toties, et benignissime audiuitis, germanica canentem: nunc et hebraica praeēuntem ne dedignemini.

Conditor Academiarum et Conservator Deus ALMAM VESTRAM SALANAM nulla non felicitatis parte sifstat beatam. Laetior semper redeat post saecularia Numinis diuini in Academiam Vestram beneficia, quam nunc celebratis, augusta dies. Effundat benignissimus Deus in Vos Vestranske gentes omnem benedictionem. Floreat et ad mundi usque interitum perennet condita a FRIDERICO MARTYRE Academia, veritatis euangelicae propignaculum, scientiarum domicilium, Germaniae ornamentum. Valete VIRI PATRES, FRATRES, FILII! Vesta diu fruimini laude nominisque gloria; Vefstroque et imposterum fauore atque amore me complebitimi. Ita iubilabam in Academia Fridericiana Erlangensi d. XXV. Ianuarii MDCCCLVIII.

## §. I.

**P**rimum idemque augustinissimum Poëseos vere diuinæ exemplar nobis exhibet canticum Mosis, post terribilem Aegyptiorum stragem ad mare Arab' cum decanatum. Exod. XV. 1.-21. Extollant Graeci vetustissimos inter suos hymnorū auctores, *Olenem Lycium, et Pamphum*, quos Orpheo et Homero antiquiores fuisse commemorat PAVSANIAS.\* Celebrent Lyricorum parentem *Orpheum*, quem plures dubitauit an vnquam tam antiquus extiterit.\*\* Iisdem coronent elo. giliis *Thamyrin, Linum, Musacum*.\*\*\* Antiquitate eos superat, qui et dignitate antecellit, MOSES. Nec Aegyptii glorientur, *Hermetem Trismegistum*, vt reliquarum scientiarum, ita et Poëseos ex suis prodiisse conditorem. Evidem *Hymnos Deorum* ab eo compositos, qui cum aliis ritibus in libro Μοχοφαγισταν̄ con- tineantur, meminit CLEMENS ALEXANDRINVS: \* Dudum vero ante dilecium iam cecinerunt. Ita cantici cuiusdam segmentum, cuius autor *Lamechus* fuit, adseruavit Moses Gen. IV. 23. 24, quod acute iam vidit IO. CLERICVS ad h. l. obseruans, versibus istud constare εμοιοθελευτοις.

## §. II.

Liceat milii de cantico hoc Lamechi nonnulla interserere; eruditis, vt spero, non ingrata. Minus certe displicuerit ista Clerici

\* In *Basotels*, vbi hymnum eius in Lucinam laudat p. 581. ed. Sylb. Hanouiae 1613. Meminit et HERO-DOTVS IV. 35: et CALLIMACHVS *Hymn.* in *Del.* 304.

\*\* extitisse tamen luculenter probatum dedit immortalis BYDDLEVS Obs. Halenf. T. VI. Obs. XIX.

\*\*\* Vide FABRICIVM Bibl. Græc. L. I. de Lino, c. XLV, de Musaco c. XVI. adde de Thamyri PLATONEM, qui cum Orpheo iungit Legum VII. p. 829. ed. Henr. Steph.

\* Stromatum L. VI. p. 632. Hermetem istum Chanaanum fuisse, con- sileit SAM. BOCHARTVS. Phaleg L. I. c. 2. Opp. T. I. p. 11. Mosen ipsum innui cum Eusebio existimat HVE-TIVS, Demonstr. Euang. Propos. IV. c. 4. p. 122. ed. Lips. CONRINGIVS mysticum tantum nomen contendit, quod verosimilius. Quae Hermeti adscribuntur, Homero iuniora sunt. Di- gnus est, qui hic conferatur FABRI- CIVS Biblioth. Gr. L. I. c. VII. - XII.

Clerici conjectura aequis rerum arbitris, modo metathesin prolobitu in textum hebraeum non intrusisset. Corrigam, quae deliquit. Transpositione versus non indiget. Verba postrema aliter ordinanda sunt; et meo iudicio totus versus ita fuit

עדָה וצָלָה שְׁמַעַן קּוֹלִי	Ada   vezilla   schemaan   koli
נְשִׁי לְמֵךְ הָאוֹנוֹת אֶמְרָתִי	N'sche Lamech   Haasen   na im-   rathi
כִּי אִישׁ הָרְגָתִי לְפָצָעִי	Ki isch   haragti   lepizi
וַיְלַד לְחַבְרוֹתִי	ve ic-   led lechab-   byrathi.
כִּי שְׁבֻעִתִים	Ki schibha-   taim
יִקְםַ קִין	Iykkam   Cain
וְלִמְךְ שְׁבָעִים	Ve Le-   mech schibhim
וְשְׁבָעָה	Veschibba!

Si minus delicatores sint Germanorum meorum aures;  
metro vertam eodem retento;

Ada | und Zilla | o vernehmt! meine Stimn :  
Weib'r Lamechs | euer Ohr | meine Re- | de yrnimm!  
Schlug ich | mir zur Wund | einen Mann:  
Zur Plag | einen Jün- | gling sedann?  
Rächt Gott so | gwaltig  
Cain sieben | faltig:  
Den La- | mech rächt er  
siebzigmal.

Quod

Quod ad sensum verborum difficiliorum attinet, circa quem Clericus pluresque interpretum fluctuant: lucem et eidem foenerabimur, si obseruetur, verba haec esse Epicuraci ante Epicurum, seu potius ante Epicuri de grege porcos. Lamechus, primus bigamus, vulneratae conscientiae poeseos dulcedine mederi tentat. Vxores indignatione filiorum Dei et diuinac vltionis comminatione facile perturbabantur; sed bono eos animo esse iubet Lamechus, desumpto arguento, quod tantus nondum peccator sit ac Cainus; qui tamen a Deo aduersus hominum laesiones fuerit munitus. Longinquis petita sunt, quae post b. Lutherum perspicacissimus ceteroquin interpres, Io. GERHARDVS in *Comm. in Genesin* p. 154. ad h. l. coniecturatur: Lamechum a seniore forte et iuniore Propheta ob bigamiam reprehensum, eos occidisse, caedemque pro ludo et ioco habuisse. Haec si commisisset: narrationem concitatius, non ita sedate, conformasset Moses. Nihil difficultatis remanebit, si particulam 'd vertamus interrogative: *Num virum interfeci in vulnus mibi, aut puerum in vibicem mibi?* Tale quidem facinus in *Abele*, viro iuene, commiserat Atatus Cain. De hac *interrogandi*, quam particula habet, potestate vide *Gen. XVIII. 5. Et. XXIX. 16:* et compara b. DANZII *Interpr.* §. 183. p. 300. Ita curis solitus veneri inservit et libidinibus LAMECHVS, cinaedica vxores inebrians cantione, vt posito metu voluptates secum sectentur. Sapienti consilio haec annotat Moses. Etenim 1) qui de amoribus et vino carmina neclunt petulanter ingeniosi, nunc verum amatoreculorum deprehendunt autorem. 2) Qui inuentum Deorum augantur gentiles, ad genuinas deducuntur origines. 3) Bigami huius cantoris filius *Iubal*, instrumentorum inuentor est, quibus citharistae seducunt, de amore et vino modulantes. 4) Sic facile concipitur, qua ratione filii Dei electi sint, vt molli et foeda libidine cum filiabus hominum commiscerentur *Gen. VI. 2.* Effecerunt citharistriae, choreae, cantiunculae. Cantillauit vocator bigamus: iusit fidibus Iubal filius: saltarunt puellae. Simile quid euenit *Num. XXV. 1. - 3. coll. c. XXXI. 16.* Caeterum

fi

Si Reu. Dn. OEDERVIS in ipsis Lamechi verbis vaticinum de Christo, pro peccatis vulnerato, sibi inuenisse visus est; nec Bigamum, nec Cainitam, nec earminis hilarioris nexus satis attendit. Recedit ut sententiam quam maxime paradoxam b. RAMBACH in Hist. Eccl. V. T. p. 137.

## §. III.

Lasciviant ita anacreonticis et adonicis, canantque Venetrem et Bacchum, qui otio et mollitie difflunt Germani ex gente herorum degeneres et effeminate, sed et Lamechum celebrent parentem; antecessores venerentur Cainitas. Coelesti Poescos dono nihil decedit: nec enim Cainitarum abusus diuinis derogat institutis. Nihil dubitamus, cecinisse et ad aras populum Dei, quando coet numerosiore ad eundem locum unus omnis, die cum primis Sabbatis, fuit conuentus, ut inuocarent nomen Iehouae. Digitum ad haec videtur intendere Moses, dum nexu immediato post ista Cainitica subiungit, quae Sethitarum in contrarium moliebatur pietas: tunc coeptum est sc. publice, inuocare nomen Iehouae GEN. IV. 25. 26.\* Adamo et Heuac sine cauilla exprobarunt GELASIVS

\* Qui aliter hunc locum verti praecipiunt, longissime errant. Si ḥוֹלְלָה cum FAGIO in Crit. Angl. ad b. l. in significatu profanationis accipiunt, ut sensus sit: tunc profanatum est ab inuocando nomen Dei: insipide addiderit Moses אֶלְךָ אַדִּינוּכָדְךָ Transferatur itaque: COEPTVM EST, vt Gen. VI. 1. IX. 20. XLIV. 12. Si אֶלְךָ אַדִּינוּכָדְךָ cum VITRINGA ad Es. XLIV. 5. et lo. CLERICO ad h. l. de humana adpellatione interpretentur, ut sensus sit: tunc coeptum fuit denominari de nomine Iehouae; obstat attiuum verbi, quod nequaquam passiu exponendum. Obstat et historia: nomina enim ex Iehoua ab hoc tempore composta, nulla commemorat Moses. Nec filios Iehouae se adpellarunt Sethitae: vt filios Dei tantum Moses distinguit,

B Papa  
Sensus itaque secundum regulas sanae hermeneuticae non aliud relinquitur, ac quod cultu publico incepit Sethitae nomen Iehouae celebrare. Ipse Moses verba in hunc sensum illustrat c. XII. 8. quando de Abrahamo commemorat: extruxit ibi altare et inuocauit nomen Iehouae. Notauit ad haec verba lo. CLERICVS: Inuocatio haec Dei videtur maledictionem willimaru, et solemniorem cultum indicare; at quo priuatas preces, ubique fuit, sine altari vello, fundere Abramus potuit. Eadem ad verba Gen. IV. 26. scribere debuisset. Addatur Gen. XIII. 4. XXI. 33. XXVI. 25. II. Sam. VI. 2. En ita cultus publici et solemnis inter victimas et preces et cantus et nominis diuini celebrationem peracti primordia!

Papa et RUPPERTVS Taitiensis, notante Cardinali BONA, Psalmodie diuinæ c. I. p. 23, quod tantis acceptis beneficiis nullas laudes nec preces, grati animi indices, reddidisse legantur: non enim opus erat, ut distinctim commemoraretur, quod facili coniunctione patebat. Evidem Protoplastos cantus praeceptores Angelos habuisse, cum b. WERNSDORFIO\* et DEYLINGIO\*\* non adsererem: locus enim IOBI XXXVIII. 7. *vbi eras, quum canerent simul stellae matutae?* non nisi cantum improprie talem designat. Quomodo modulationum existimentur inuentores, qui organis cantus desituantur? Rectius dixeris aues modulando praeceuisse. Placent insigniter, quæ hanc in rem Plinii penicillo consignauit POLYDORVS VERGILIVS de Rer. Iuent. L. I. c. 14. „Ecquis docuit „Lusciniam variis canendi modos? Haec enim avicula sonum edit, „perfetta musicæ scientia modulatum: qui nunc continuo spiritu trahitur in longum; nunc variatur inflexo; nunc distinguuntur inciso; copulatur intorto; promittitur, reuocatur, infuscatur ex inopinato: interdum et secum ipse murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extensus. Et breuiter: audire licet tam parvulis in fauibus concini, quae tot exquisitis tibiarum tormentis, ut ait Plinius, ars hominum excogitauit. Huus harmoniae natura magistra est! „ Nec auibus immo indigebat præceptoribus. Aequæ concreata nobis sunt organa cantus, quam loquelæ: ad canendum aequæ nos invitat atque impellit natura, ac ad loquendum. Et quis crederet, hominem, diuina ornatum imagine, in religioso Deum modulamine celebrandi ritu, auibus excitantibus fuisse segniorem?

## §. IV.

Canticum Mossis triumphale, quod ex sacris diuina prouidentia adseruatis, in orbe primum est, diuinitatem spirat totum, super hominum elogia longius euectum. Quae de Pindaro suo, Lyricorum Principe, gloriatur HORATIVS Carminum L. IV. oda II.

Monte

\* in Diff. de Prudentia in Cantionibus ecclesiasticis adhibenda §. II. p. 5.     \*\* in Institutionibus Prudentiae Pastoribus florals. P. III. c. VIII, §. VIII, pag. 398.  
Vitemb. 1723.

TRIVMPHALE EXOD: XV. I-2I. II

*Monte decurrens, velut annis, imbræ  
Quem super notas aluere ripas,  
Feruet, immensusque ruit, profundo*

*Pindarus ore.*

*ea rectius in MOSEN quadrabunt, quem quisquis aemulari  
studet, ceratis ope Daedalea nititur pennis.*

*Is per audaces noua dithyrambos  
Verba deuoluit, numerisque fertur  
lige solutis.*

Is Deum Regemque canit, per quem cecidere iusta morte Centauri: cecidit tremenda flamma chimaerae. Apertura abyssi, et transitus sexcentorum millium virorum, præter minorennes et pecora, per mare ad duo latera diu sum: miraculum est, quod nonnisi unica vice orbis terrarum vidit, et natura stupuit. Diuinatus agitatus Vates totus feruet. Magnifica omnia: augusta: Dei plena. Nihil moratur hominum cogitata: quicquid obstat, secum voluit ad celebrationem lehouae; velut annis, niuibus solutis, monte decurrens.

§. V.

Primum de POESI dispiciamus. Evidem non ignoro, quantæ difficultatis hoc sit negotium. Implicata et spinosa, inquit venerabilis CARPOZIVS, circa Poemam Hebraeorum biblicam est quæstio; circa quam toti fere sententiarum occurunt diuertia, quot numeraueris doctores, qui in isto declarando desudarunt argumento.\* Confirmat b. WOLFIVS, subiungens: obscurum est, nec adhuc ad liquidum perductum, dubiumque omnino est, an posteritas unquam ex diuersarum, quæ hic se offerunt, sententiarum ambagibus eluctatura sit.\*\* Attamen animum nondum despondeo: nec vero mihi per arrogantiam quicquam tribuo. Procedere in veritatum scrutinio et negatam adhuc tentare viam, hominis ingenui est, qui officiorum memor virtute incalescit.

B 2

§. VI.

\* *Introductionis ad Libros Canonicos Veteris Test. P. II. p. 3.*

\*\* *Bibliothecæ Hebraæcæ P. II. pag. 93.*

## §. VI.

Actum agerem, si eruditorum colligerem sententias, et opinionum circa Poesin Hebraeorum diuertia, fusiū describerem. Labore hoc iam perfundi sunt b. AVG. PFEIFFERVS in Diff. de Poesi Hebraeorum, quae Dubiis Vexatis Loc. XLVI. Opp. P. I. p. 279.- 91. legitur inserta. Post hunc operam contulerunt Duum-Viri iam laudati, IO. GOTTL. CARPZOIVS *Introd.* in LL. Canon Vet. Test. P. II. p. 2. - 29. et IO. CHRISTOPH. WOLFFIVS Biblioth. Hebr. P. II. p. 92 - 117. et P. IV. p. 20 - 24. Quaedam tamen dabo supplementa. Jungit CARPZOIVS p. 17. Theodorum Ebertum, quem Herbertum minus recte nominat, aucto-ribus, qui rythmis *ουοιοτελευταις* veterem Hebraeorum constare poesin judicauerint: dubitat de eo WOLFFIVS P. II. p. 96. iudicium vero suspendit, *quia liber non sit ad manus*. Eundem errorem comisit CALMETVS; profitereturque b. MOSHEMIVS, \* se decideret non valere, *quia librum nunquam viderit*. Mihi ad manus est, sub. tit. THEODORI EBERTI Poetica Hebraica, har- monica, rythmica, metrica. Lips. 1628. Auctor in Academia Via- drina LL. Orient. erat Professor. Rythmum statuit EBERTVS, sed eo tantum significatu, quo METRVM signat: prout cum Augustino Beda vocabulo hoc usus est. p. 33. Rythmum vero ex terminatione similis desinentiae, qualem Germani habemus, negat: et qui occurrunt, eos sponte et fortuito factos, non stu- dio elaborato accessitos, pronunciat p. 42. et 72. Libris de Poesi Hebraeorum adscribatur FRANCISCI HARE, Episcopi Cicestriensis, Psalmorum Liber in versu[m] metrice diuisus. Londini 1736. II. Partes in gvo. Metrum ille concedit: sed pedes, qui- bus constat, nonnisi iambi sunt aut trochaei, duarum tantum syllabarum. Rythmos negat. Maibomium audacia exaequat. Lectionem codicis pro Iubitu corrigit: fecit, viri, transponit, inserit. Recensetur dans la Bibliothèque Britannique T. VII. P. I. p. 95. Sub censuram peculiari programmate vocavit Theologus Lipsiensis,

\* in der Übersetzung des bibl. Aequo errat b. LOESCHERVS de lischen Untersuchungen des Hrn. Caussis Linguae Hebr. p. 436. Calmet. P. II. Obs. XI. pag. 114.

Lipsiensis, b. CHRISTIANVS WEISE, sub tit. *Systema Psalmorum metricum*, a Fr. Hare adornatum. Lips. 1740. pl. 4.  $\frac{1}{2}$ . Strinxit etiam aduersus eum calamum Anonymus *dans la Biblioth. Brit.* T. VIII. P. II. p. 417. Nouissime ex Anglis in Hebraeorum Poe-  
sin inquisuit, et aduersus Harium disputauit ROBERTVS LOVVT<sup>H</sup>  
A. M. Collegii Oxoniensis Socius et Poeticae Praelector, qui de  
Poesi sacra Praelectiones Academicas Oxonii habitas, inscripsit. Oxo-  
ni 1753. in 4to. Librum nondum vidi: legi vero recensionem  
in der Bibliothek der schönen Wissenschaften und freyen  
Künste. Vol. I. P. I. p. 122.-155. Lips. 1757. Huius si sequa-  
mur principia, loca quaecunque Prophetarum, viuidius et pa-  
thetice expressa, poeticis annumeranda sunt. Deinde metrum  
dari, sed genuinam eius rationem ignorari, existimat. Prodiit  
quoque non ita pridem dissertatio *Criticain Canticum Deboraæ Iud.*  
V. sub Praef. Dni. DANIELIS GERDBSII, Theologi Groenin-  
gani, auctore Abr. Fried. Ruckersfelder, Groen. 1753. Charakte-  
rem Pindaricum in isto Epinio obseruat Autor: quod in quatuor  
Strophas diuidit, quarum vna quaeque tribus choris strophē,  
antistrophē et Epodon exhibit; epiphonemate versus ultimi  
concentu trium chororum totum canticum finiente. Metri vero  
et rhythmi nullam curam habet.

### §. VII.

Disceptationes de Poesi Hebraeorum ad duo capita possunt  
reduci: alterum de metro; alterum de rhythmō. Tres inde nobis  
obueniunt classes:

I. Sunt qui et metrum et rhythmum hebraicis abiudicant,  
et solitā orationem, charactere tantum poetico animatam, con-  
tendunt. Ita SCALIGER ad Chron. Eusebiti p. 6. RICH. SIMON  
Hist. Crit. V. T. L. I. c. 8. p. 57. AVG. CALMET in den bibl.  
Untersuchungen. P. II. obs. XI. p. 140. 141. Prōpius ab his dis-  
tant, qui nonnisi melodiam concedunt prosaicam, cantui acco-  
modatam; qualem in collectis nostris ecclesiasticis observamus.  
Sic b. AVG. PFEIFFER I. c. et SAL. VAN TILL in der Sing-  
kunst der Hebrewer P. II. c. 6.

B 3

II. Alii

II. Alii metrum largiuntur, rhythmum non aequae. Hexametra, pentametra, iambica, Hebraicis attribuit IOSEPHVS Antiq. L. II. c. vlt. L. IV. c. vlt. L. VII. c. 10. (al. 12.) quem sequuntur EYSEBIVS de Praep. Eu. L. XI. c. 3. HIERONYMVS in Praef. ad Chronicon Eusebii, et in Epist. 155. ad Paulam. ISIDORVS Hisp. Origin. L. I. c. 38. Operosius hanc sententiam ornauit FRANCISCVS GOMARVS in Lyra Davidis, edita 1637. quae et sub calcem Operum P. III. p. 388. legitur. Aduersarium expertus est IAC. CAPELLVM in Animadu. ad Nouam Davidis lyram. 1643. Judicarunt et ex nostris nonnulli paulo inclementius.

III. Alii rhythmum propugnarunt: sed metrum negarent. Ita sensit AVGUSTINVS STEVCHVS in Praef. in Psalmos. In eadem opinione versatus est IO. CLERICVS.

### §. VIII.

Mea sententia Poesis Hebraeorum et *metrum* habet et *rhythmum*: prout ex cantico Lamechi adparet, §. II. a nobis proposito. Vtrumque vero semper coniungi, non adscruerim: sufficit coniuncta deprehendi. Nouo arguento ex *cantico Mosis triumphali* hoc demonstrabo. Quae GOMARVS circa metrum; quae CLERICVS circa rhythmum peccarunt, solicite euitabo. Si per singula cantica sic processerint eruditii, genuina Poeseos hebraeae ratio omnino detegetur. Tunc enim patebit: num in omnibus sit metrum; quod suspicor: num rhythmus; de quo dubito: num prosa tantum verbis poeticis animata; quod disfculter persuaderer. Sic enim omnia Prophetarum scripta, si ab historicis abstractas insertis, versus erunt. Inter versus et reseenda erit oratio Dominica, et tota Apocalypsis.

### §. IX.

Quod ad generalem cantici nostri distributionem attinet, sequentia nota.

I. Strophis, more lyricorum, eleganter diuisum est: sed cauendum, ne quae sensu cohaerent, diuellamus. In hoc errarunt et Gomarus et Clericus.

II. Stro-

II. Strophae ad similitudinem Sapphici carminis decurrent; voce semper emphatica, nec rhythmis praecise adstricta, concisius et maiestatis finiente. Hoc a nemine adhuc eruditorum video obseruatum.

III. Non eodem metro procedit canticum: sed prout plenum est figuris et affectibus, ita et strophis inaequalibus superbit, et augusta varietate aures delectat. Similiter et rhythmos quandoque vilipendit.

IV. Stropha finita respirabat chorus virorum: alter mulierum tunc antiphonam cantabat, praeeunte Mirjam; de quo inferius.

### §. X.

Circa prosodium generatim moneo, errare virōs eruditos, qui cum Leusdenio ex principio morarum syllabas hebraeorum omnes censent aequales. Dum recitamus, tono omnino distinguuntur. Hinc regulas sequentes formo:

I. Syllaba, quae T O N V M habet, semper longa est: reliquae vocis eiusdem, quacunque vocali animentur, semper breues.

Sic et Germani nostri, v. g. Beschreiben. Falluntur viri boni, qui cum Gomaro ex vocalium diversitate longas et breues metiuntur: quod ex principio morarum facile refellitur.

II. Scheua mobile ordinarie legitur, sonumque habet natura breuem: elidi tamen potest, vt in vernacula, si metrum exigit. Gomarum iure hic arguit CAPELLVS, quod scheua nonnisi vocalis sub consonante mobili absentis notam habuerit.

III. Monosyllabum, vt apud Germanos, communiter anceps est. Ita v. g. יְהוָה mox longam, mox breuem constituit syllabam. Perperam hoc negavit Gomarus.

IV. Vox composita, tonum quoque in poesi exigit compositum, origini concinnum. Sic ḥ in Lajouah producitur aut corripitur, prout metrum requirit: cum ratione originis anceps sit.

V. Positionem Hebrei, qualē Latini habent, non agnoscent: quod morarum efficit principium. Hoc iam Vatablus perspexit.

VI.

VI. Vox dissyllabica sapphum claudens, fota producitur; non obstante, quod syllabarum altera breuis sit. Cantus et patheticae pronunciationis sic exigit ratio.

VII. Syllaba sonorum extensione inconcinne multiplicatur. Vix a risu sibi temperabunt, qui HERMANNI VON DER HARDT tres primas Ieielis elegias sacras, Helmst. 1706. vulgatas, perlustrauerint. Sub initium statim vox prima שְׁמַעֲנָה hunc fundit sonum:

v - v - v  
Schi mu u u u. Ad hunc modum si modulari liceret, ipsum Hardtianum nomen musica foret.

VIII. Ut germanica lingua, ita et Poesis cum hebraica pulchre coheruerit. Ex huius proinde legibus aestimentur, quae in dubitationem adducerentur.

IX. Audacia omnis ab interprete Poeta absit; nec verbum in textu immutetur. Non enim textus metro, sed metrum textui adaptandum est. In hoc Clericus aberrauit. Se maiori vero adhuc pollere audacia ostendit HENNINGVS BERNH. WITTER, Ecclesiastes Hildesiensis, ad cantiunculam Lamechi, in *Commentatione in Genesin, de Iuvibus Israelitarum in Palaestinam.* pag. 180.

### §. XI.

His praemissis eruditiperspicient, Hebraicis omnino et iam-bos esse, et trochaeos, et spondaeos, et dactylos, et anapae-stos. Metrum deprehendent et versum. Agedum; argumento sit ipsum triumphale/canticum.

#### *Stropha I.*

אֲשִׁירָה לְיהוָה	Aschi- rah ia- iouah	Ich singe dem Jovah
כִּי גָּאהֶ נָאהֶ	Ki   gaoh   gaah	Gros von Thaten ist er ia
סֻם וּרְכּבוֹ רְמָה	Sus   v'rochbo   ramah	Noß u. Reuter stürzt er da
בִּים	Baiam	Ins Meer.

*Stropha*

## Strophe II.

עֹזִי וּמְרֹתָה יְה	Ossi   vesim-   rathlah	Gott meine Kraft, mein Lied:
וַיְהִי לֵי לִישׁוּעָה	Vajhi   li li-   schuah	Zum Heil für mich bemüht.
זֶה אֱלֹי	Seh   Eli	Er, mein Gott!
וְאַנְנוּ הָאָבִי	V'anuchu   Elohe   Abhi	Vor ihm will ich stehen; Meines Vaters Gott!
וְאַרְוּמְמַנְהָוּ	Vaaro   m'menu	Den will ich erhöhen.

In voce vesimrath licentia poetica concedatur, ut ultima corripiatur, penultima producta. Nonnisi h. l. ea vsus sum.

## Strophe III.

Ihouah   isch mil-   chamah	Iovah, der Krieges Herr!
Ihouah   schema-	Iovah, sprecht so:
Markebheth   Paroh	Denn die Macht Pharo
Vechelo   iarah	Und sein Heer stürzt er

בִּים

Baïam.

Ins Meer.

## Strophe IV.

וּמְבָחר שְׁלַשִׁיו טְבֵעַי	Vmibh-   char scha-   lischau   tübbu
בִּים סּוֹף : תְּהִמָּת	B'jam suph:   Thomoth.

יכסימו

Iechas- | iuumu

ירדו בְּמִצְוָלָת

Iaredu | bimzoloth

כְּמוֹאָבָן

Cmoabhen

C

Ja!

Ga! seiner Fürsten Kern warf er,  
Ins Schilf: das Grab  
Bedeckt ihr Heer.  
O sie stürzten hinab:  
Wie ein Stein.

*Strophe V.*

ימינך יהוה נאדרי בכח Iemincha|Iehouah| nedari | baccoach  
ימינך יהוה תרעץ אויב Iemincha|Iehouah| tiraz|oiebh  
וברב גאונך Ubherobh|geoncha  
תחרס קמיך Taharos|kamecha  
תשלהח הרונך Teschallach|charoncha

אכלמו בקש Iochele-|mo cakkasch

Deine Rechte, o Herr! hat sich herrlich erzeigt:  
Deine Rechte, o Herr! erlegt den Feind.  
Welche Macht läßt du sehn,  
Wenn sie wider dich stehn.  
Deinen Zorn läßt du gehn:

Er verzehrt sie wie Hanf.

*Strophe VI.*

וברווח אפיק גערמוני Vbheru|ach appe|cha neer| mu majim  
נצחנו כמו גדר נזלים Nitzebhu | kemo ned | noslim  
קפאו תהמות Kapheu | thomoth

בלב ים

Blebh iam.

Deine

Deine schnaufende Nach' hat die Wasser geschweltt:  
Auf einander die Fluthen wie Haufen gestellt.  
Selbst der Abgrund gestand

Im Bauche des Meers.

*Strophe VII.*

אָמֵר אֹוִיב אַלְדוֹף אַשְׁׂיָן	Amar   oiebh   erdoph   astig
אַחֲלָק שֶׁלֶל תְּמַלְאָמוֹ נֶפֶשִׁי	Achallek   schalal   timlae-   mo naphschi
אַרְיק חָרְבִּי	Arik   charbi

תּוֹרִישָׁמוּ דִּי Torische- | mo iadi.

Der Feind sprach: Auf! ich hol sie ein!  
Da theil ich den Raub; und mein Herz soll sich freun.  
Mein Schwert schlägt drein,  
Ganz veragt muß es seyn!

*Strophe VIII.*

נְשָׁפְתָה	Naschaphta
בְּרוּחַ	Bruchacha
כְּסֻמוּ יָסַ	Kissa-   mo iam
צָלָלָו בְּעוֹפְרָת בְּמִים	Zalalu   caophe   reth b'maim

אַדְרִים Addirim

Wie gar geschwind  
Weht dein Wind!  
Sie deckt das Meer:  
Sie versunken wie Bley so iahh  
In die See!

C 2

*Strophe*

## strophe IX.

מֵי בְּמִכָּה	Mi cha-  mocha
בָּאַלִּים יְהוָה	Baelim   Ihoua
מֵי כְּמִכָּה נָאָדָר בְּקָדֵשׁ	Michamo-  chā nedar   bakkodesch
נוֹרָא תְּהִלָּת עֲשָׂה	Norah   t'hilloth :   oseh

## פלא

## Pele

Wo gleicht dir wer  
Aus den Göttern, Herr?  
Wo vergleicht sich dir wer; Hoch, Heilig,  
Preiswürdig; der wie Du

Wund're thu

## strophe X.

נְתִית יְמִינֶךָ	Natitha   iemincha	Du streckest deine Hand:
תִּבְhlæ-   mo arez:	Tibhlae-   mo arez:	Sie verschlung die Erde.
נְחִית בְּחִסְדֶךָ	Nachitha   bechasdcha	Du führest mild entbrannt
עַם וּגְזַלְתָּ	Am su   gaalta	Dein Volk, dir erkaufet:
נְהַלְתָּ בְּעֹזֶךָ	Nehalta   beoscha	Du hast es gros an Macht
אֱלֹנוּה קָדְשֶׁךָ	El neueh   kodschedcha	In dein Heilighum brach.

## strophe XI.

שְׁמֻעוּ	Schameu	Diß hörten
מִמִּים יָגֹ�וּ	Ammim   jirgasun	Die Völker, und bebten.
חַיל אֲהוֹ שְׁבַּי	Chil achas   ioschēbē	Der Gebährerin Harm

פָּלָשָׁת

## TRIUMPHALE EXOD. XV, I-21.

21

פלשת Plaschet trass die Philister.

או נבחהו As | nibhhahu Da gitterten

אלופי Alluphe Der Fürsten Schwarm

אדום Edom Von Edom.

*Strophe XII.*

אייל Ele

מואב יאחוומו רעד Moah | iochase- | mo raad

נמו גל ישבי Namo- | gu kol|ioschebhe

כנען Kenaan

Das Reich

Moabs, überfiel ein Schrecken.

Das Volk zusammen ward weich

Von Canaan.

*Strophe XIII.*

תפל עליהם אימתח Tippol | alehem | ematha

ופחד: בגדל ווועך Vapa- | chad: bigdol | sroacha

ידמו כאבן Jiddemu | Caaphen

עד עבר עמק יהוה Ad iaphor | ammecha | Ihoua

עד עבר עם זו Ad iaphor | am su

קנית Kanitha

C 3

Laf

Läß fallen auf sie Gram des Harms,  
 Des Zitterns: die Macht deines Arms  
 Berschmette sie wie Stein:  
 Bis hinein dringt dein Volk, o Held!  
 Bis ein dringt dein Volk,  
 Das du erwehlt.

## Stropha XIV.

תְּבָאָמוֹ	Tebhiemo
וְהַטְעֵמוֹ	V'thittaemo
בְּהָר נַחֲלָתֶךָ	Behar   nachlatcha
מִכּוֹן לְשִׁבְתֶּךָ	Machon   leschibhtcha
פְּעָלַת יְהוָה	Paal   ta Ihouah
מִקְדָּשׁ אֱדֹנִי כּוֹנוֹ	Mikkedasch   Adonai   conu
יְהָךְ	Iadecha

Führ sie hinein  
 Pflanze sie fein  
 Am Berg, wo dein Land:  
 Dein Sitz, dir ernannt,  
 Sowah! ist im Stand.  
 Eine Wohnung hat, Herr! erbaut  
 Deine Hand.

Stropha

## Strophe XV.

יְהוָה	Ihoua	Gova
מֶלֶךְ לְעוֹלָם וְעַד	Imloch   P'olam   vaed	Regiert in Ewigkeit,
כִּי בָא	Ki bah	Es kommt da
סֻם-פְּרֻעה	Sus   Paroh	Das Pferd des Pharo,
בָּרְכָבוֹ	Brichbo	Die Wagen auch so
וּכְפָרְשֵׁיו	Ubhepha-   raschau	Seine Reuter gleich
בַּיָּם	Baiiam	Im Meer.

## Strophe XVI.

יְשַׁב יְהוָה	Vaij-   schebh Ihoua
עַלְתָּם אֲתָמֵי הַיִם	Alchem   eth me   haiiam
וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל הַלְּכוּ	Ubhene   Israel   halechu
בִּבְשָׁה	Bai-   iabbascha
בְּתוּךְ הַיּוֹם	Bethoch   haiiam

Doch kehrt der Govah  
Auf ihr Heer des Meeres Fluth  
Und das Volk Israel ziehet durch  
Im trocknen da  
Mitt'n durch dis Meer !

## §. XII.

## §. XII:

Stans itaque ad mare algosum, et inter primos ex conspe-  
ctu Pharaonis cum exercitu submersi tantoque miraculo motus,  
canticum hoc, numine plenus, praecibat M O S I S : succinebant  
filii Israel. Confirmat hoc non solum ipsa cantici structura: sed  
et totidem verbis commemorat textus v. I. IN T V N C , cum ante  
oculos adhuc versaretur hostium interitus et populi liberatio.  
Alludit immo ad hanc temporis circumstantiam diuina Apocalyp-  
sis, quando stantes ad mare vitreum pinguntur educti ex tyran-  
nide Antichristi, habentes cibaras Dei et cantantes eanticum M o s i s  
et A g n i . A P O C A L Y P S . X V . 2 . 3 . Autorem primarium esse Spi-  
ritum Dei, non tantum ex G e o r g i u s a M o s i s clarescit: sed et fu-  
turorum, in primis de extruendo in monte sanditatis habitaculo, pro-  
bat praenuntiatio. Mulieres cum v. 20. et 21. distinguuntur a  
Mose et filiis Israel, tanquam alter canentium chorus; manife-  
stum est, viros non per antiphonam, sed vna cum Mose, cecinisse.  
Dubium vero mouetur non inane, quomodo in tanta temporis  
breuitate tantus totidem millium exercitus edoceri potuerit hoc  
canticum. Confugit ad miraculum Autor de mirabilibus scripturae  
apud Augustinum, contendens, omnes eodem inspiratos flamine,  
uno quasi ex ore, nulla praemonitione edoctos, confono carmine litteras  
erasdem decantasse in unum: sed miraculo non indiget. Selecti  
sunt sine dubio Proceres populi, qui familiis in agmina diuisis  
praiebant: vt dato signo in laudes effunderetur totus exercitus;  
concentibus, quibus ingenium erat et canendi facultas. Prae-  
terea, vt fit in cantu, repeti omnino poterant ab agmine verba,  
quae Moses cum selectiorum choro praecinuerat. Stropham de-  
nique primam viri facile ediscebant omnes: tunc vero sufficiebat,  
si sapphum duntaxat et patheticam reliquarum stropharum clau-  
sulam, succinendo repeteret populi vniuersitas.

## §. XIII.

Alterum chorum mulierum ducebat M I R I A M , M o s i s so-  
ror v. 20. Nominatur soror A a r o n i s , quia Moles in actu hoc  
triumphali

triumphali Victorem figurabat, qui neque fratres habebat neque sorores *Matth.* XII. 50. Haec vera causa est, quam nondum perspicerunt interpretes. Nam quod Aaron Mose natu major fuerit, et Mariam aetate proxime attigerit, ut alii cum CORN. A LAPIDE ad h. l. coniiciunt, ratio est plane ficalnea: quasi vero fratri natu minimi soror primogenita, non aequa eademque emphasi diceretur eius soror, ac fratum reliquorum. Quod typus Mariæ extiterit, cantico similiter Deum glorificantis, somnium est eiusdem A LAPIDE: typus enim sic dicenda foret Miriam psallentium per totum orbem. Figura eodem iure laudaretur Elisabethæ; quin ipsius Petronellæ, primi Romanensium Pontificis filiae. Canticum triumphale post stragem non cecinit MARIA, Deum magnificans: unde similitudo figurativa prorsus deficit. Optauerint forte Pontifici, ut Mariam haberent cum Mosis antitypo in opere liberationis Israelis spiritualis sociam? Virginem eam fuisse voto monastico adstrictam, hominum otio se saginantium delirium est. Quod a marito suo non denominetur, nihil probat: dignior erat cum Mose et Aarone cognatio. IOSEPHVS maritum eius commemorat fuisse HVR; conjectura aequa probabili. Iungitur enim Aaroni Exod. XXIV. 14.

## §. XV.

MIRIAM cum choro mulierum alteri virorum respondebat. v. 21. 22. VULGATVS dum vertit, egressaeque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis et choris, quibus praecinebat, dicens: Cantemus Domino, caet. triplicem committit errorem, quem vero nec versio LUTHERI emendat: unde vtraque corrigantur. 1.) In hebreo est בְּנֵי illis, sc. viris, in genere masculino; quod minus recte ad mulieres refertur. 2.) cum viris cantu non praecivit Mirjam, verbum ייְהוָה vertendum est respondebat, nequaquam praecinebat. Ordinaria haec verbi est significatio: Gen. XVIII. 17. XXXI. 43. Exod. IV. 1. De cantu itaque responsorio accipendum. 3.) In hebreo non est prima persona, cantemus! sed secunda, CANTATE! Choro itaque virorum, ordientium: cantabo Iehoua; chorus respondet mulierum, cantate Iehoua! cosdemque

D

in

in proposito confirmat; canere ut pergent, excitat. Respon-  
sorum ita sonat:

שִׁירוּ לְיהוָה Schiru   lajhoud	בַּיִם Bailam	Singet! dem Jovah! Gros von Thaten ist er ja!
כִּי גָּאהֲנָה Ki   gaoh   gaah		
סֹום וּרְכָבוּ רָמָה Sus   v'rochbo   ramah		Noss u. Reuter stürzt er da

### §. XVI.

Primum hoc est cantus per responsoria distributus exemplum. Israelitarum dein impietate effectum, ut in festiuitate, aureo vitulo consecrata, alternis ad eundem modum canerent vicibus: quod reatum idololatriae haut parum intendebat Exod. XXXII. 18. *Vertit VVLGATVS: sed vocem cantantium ego audio.* Sic et b. LVTHERV, sondern ich höre ein Geschrey eines Singestanzes. Rectius: *vocem cantu respondentium ego audio.* Notent hoc sibi Pontificii, qui iconofatriam, hagiolatriam, Mariolatriam perperam eo exculant, *quod Iehouam celebrant, dum imagines sanctos, Mariam cultu religioso venerantur: Israelitae enim vitulolatrac Iehouae similiter festiuitatem consecrauerant.* Totidem enim verbis indicebatur: *cras erit festum Iehouae i. v. 5.* Haec erat idololatria, quod eodem cultu et cantu, quo Iehoua celebratur, hoc festum peragebant.

### §. XVII.

Similiter per antiphonas cecinerunt Israelitae ad puteum in Beer. *Num. XXI. 17. VVLGATVS et hic emendetur cum vernacula nostra, in hunc modum: Tunc canebat Israhel hoc canticum: Ascende pute! alternis canite ei! caet.* Versus pariter *οροστελευτας* hic obseruat lo. CLERICVS: quos vero sic emendo:

CHORVS

## CHORVS I.

Ali | beer | enu-lah  
 Beer | chapharu-| hah  
 Sarim.

Steig auf, o Brunn! Stimmet ein:

O Brunn! es gruben dich fein

Die Fürst'n!

Antiphona quoque deprehenditur I. SAM. XVIII. 7. simili verborum consonantia definens. Adde Es. XXVII. 2. in die illa canite alternis vineae Hemor. et Neb. XII. 40. Es. VI. 3. In primis Pl. CXXXVI. Apud profanos nec minus antiphonarum inualuit vsus. Hinc VIRGILIVS Eelog. III. v. 58. 59.

Incipe Daemota: tu deinde sequere Menalca.

— Alternis dicetis. Amant alterna Camoena.

## §. XVIII.

Antiphonam in isto Mariae cantico si obseruassent interpres, quaestione haut mouissent, quot versus cecinerit mulierum chorus? Miror vero et Io. CLERICVM hic oscitare, dum ad h. l. p. 67. subiungit: quot versus a singulis choris canerentur, non liquet. Totidem immo verbis antiphona recitatur v. 21. et cantico virorum contradistinguitur. Non animaduertit vero CLERICVS, opinio per strophas decurrere: qua quidem nostra obseruatione omnia plana euadunt. Ad vnam quamque chori virorum stropham, antiphona eadem respondit chorus mulierum; similiter, vt Pl. CXXXVI. eadem semper ab altero choro repetuntur verba: Quoniam benignitas ipsius sempiterna est!

## §. XIX.

Tympanorum vsus antiquissimus est, et dudum ante Mosis tempora obtinuit. Ita LABAN, Iacobo dum exprobrat, quod clam adornauerit fugam, adseuerat, se bilare adhibitis canticis,

D 2

tympano

## CHORVS II.

Caru | ha  
 Nedibhe | haam  
 Bimchokek|bemisch-|anotham

Ihr grub'n fein!

Unsres Volkes Herrn

Mit ihy'm Fürst; mit Stäben so fern!

*tympano et cythara eum dimittere voluisse.* GEN. XXXI. 27. Erat vero ḥ̄ tympanum ex instrumentis pulsatilibus, membranis ad orificia clausum, intus cauum: germanice rectius Trommein. Minoribus inter saltandum frequentius utebantur mulieres. I. SAM. XVIII. 6. IES. XXIV. 8. IER. XXXI. 4. Compara IAC. SPONIVM in *Miscell. S. I. Art. 7. SAL. VAN TILL von der Sing und Spielkunst c. VI. p. 109.* Spolia haec sine dubio erant Aegypti, quibus nunc celerabant Deum Israelis. Instrumentis pulsatilibus iungebantur instatilia: וְתִלְחַדֵּה. Verit VULGATVS: cum choris: b. LUTHERVS mit Reigen. Eodem et significatu vox ista venit EXOD. XXXII. 19. IUD. XXI. 21. Mallem tamen reddere: cum tibiis. Tympanis tibiae, ut instrumenta musica, conuenientius adsociantur. IUD. XI. 34. PS. CXLIX. 3. CL. 4. IES. V. 12.

## §. XX.

In duas partes commode dispescitur canticum. Prior praesentia Dei celebrat miracula v. 1.- II. Posterior futura propheetice extollit Dei beneficia v. 12.-19. Futura pingit Propheta ut praesentia: vnde dubia aduersus Mosen, cantici autorem, facile euanescent.

## §. XXI.

Deus Liberator, quem celebrat Moses, Deus generatim est trinus: quod nomen essentialie IEHOVA, et grammaticē\* et logice trinū propriū, satis indicat. Insigni emphasi nō men istud frequentius hic adhibet Moses; animo repetens, quae paucis ante diebus ad eum locutus erat Dominus c. VI. 1. 2. Ego IEHOVA, et adparui Abraham Isaac et Jacob in Deo omnipotente: at in nomine IEHOVA non sum eis notus factus. Ipsum nomen dum ante iam pronunciauerat Mater viuentium GEN. IV. 1. didicabant

\* Est ex chaldaico יהוֹה fuit, pro quo Ebraei frequentius dicunt יהָה: et trium temporum habet characteres futuri, י (h) oboe praesentis, ו (w) praeteriti: vnde eum signat, qui ERIT, qui EST, qui FVIT. Pluralem non

admittit: nec ponitur in regimine: nec recipit suffixa: nec præfigi finit ו demonstrativum. Dum legitur IEHOVAH ZEBAOTH ES. VI. 3. subiacet ellipsis: Iehouah ELONE Zebaoth. Hoc propter iuniores adscribo.

erant Patriarchae Gen. XV. 7. Sed emphasis huius nominis tanto, ac in Pharaonis et exercitus Aegyptiorum interitu populariter foederis liberatione augusta, miraculo illi nondum experti fuerunt. Hunc unice verum esse verborum sensum, ex connectione versus praecedentis c. V. 24. luculenter patet: unde et in textu hebreo initium capituli sexti recte constituit. Praegnanti itaque hac significatione IEHOVAM frequentius nominat Moses: emphasis vocis stupendo nunc miraculo edoctus. Mirum vero videtur, quare Iehouam Deum Patris sui vocet; non in plurali, *Patrum nostrorum*: exigebat omnino eiusdem adparitionis recordatio? In causa fuit 1) rhythmus. *Seb Eli! Elobe abbi!* Stroph. II. Adparet exinde non fortuito, sed data opera verborum consonantiam fuisse conquisitam. Si *Abbohenu* dixisset, voci *ELI* altera sono haut respondisset. Neque vero rhythmii duntaxat habita ratio, et sensus eneruatus. Etenim 2) commendabat hunc rhythmum grata Dei compellatio, qua Moysi dicebat: *Ego sum Deus PATRIS TUTI: Deus Abraham, et Deus Isaac et Deus Iacob.* Exod. III. 6. Et quum 3) uno ore eodemque Spiritu hoc canticum totus Israel, tanquam individuum morale et persona unica decantabat: noua accedebat emphasis, et adparebat, vnum eundemque esse omnium Patrem, Deum cundem. MALACH. II, IO.

## §. XXII.

Speciatim Iehoua ille liberator Christus est: in quo gloria trinarius conspicitur, et a populo Dei praedicatur. Sic chorus vterque Seraphinorum in Rege Messia, sedente super solium excelso, maiestate eius domum replente, Deum extollebat trinum Es. VI. 1.-3. Sic et Moyses in cantico triumphali Christum collaudat. Etenim a.) Iehouam celebrat, qui equum et currus deiecit in mare. v. I. At miraculum hoc fecit Angelus faciei, qui in columna nubis et ignis praecuerat: vt totidem verbis commemoratur c. XIV. 19. b.) Arcana sapientia nomen eius designatur IESVS. v. 2. Et factus est mihi Ieschua: IN IESVM, sive Servatorem. Prima vice auditur hoc nomen in cantico primo: nisi forte verba Iacobii

cobi hoc trahas: *expecto salutare tuum siue tuum Iesum.* GEN. XLIX. 18.  
 2.) Is adparuit Moysi, et Deum Patris ipsius ex rubro ardente se nominavit. v. 2. coll. c. III. 2.-6. 3.) Dominus is est exercitum, qui sub veteri testamento agmen duxit, tam coeleste angelorum, ut archangelus; quam terrestre in Leuitarum cohortibus sub Pontifice typico v. 3. Conferatur commentatio nostra ad Ef. XL. 2. *Duplicia gratiae post militiam expletam.* Idem nunc Israelitis praecivit vir bellator. c. XIV. 25. Mediteris et Apocalyp. XIX. II-15. 4.) *Duxor is est populi;* quem eduxit v. 13. 5.) Idem et est redemptor v. 13. coll. Ef. XLIII. 1. Rom. III. 24. 6.) Ipsius est Canaan, terra Immanuelis v. 17. coll. Ef. VIII. 8. 7.) Sanctuarium in Canaane aedificandum, Messiae templum est. Mal. III. 1. Luc. XIX. 46. 8.) *Is Rex est aeternus* v. 18. coll. Ef. IX. 6. 7. Luc. I. 33. II. Sam. VII. II.-16. ad quem locum feriis hinc nativitatis Iesu Christi data opera commentatus sum, sub titulo: *Semen Muli eris in Throno Davidis.*

### §. XXIII.

Celebratur immo et *Spiritus Sanctus*, si verba v. 10. (11.) cum VULGATO vertinus, *Flavit SPIRITVS TVVS: et operuit eos mare.* Sensus admodum est concinnus. Sicut in creatione motans supra aquas eas foecundauit Spiritus Iehouae Gen. I. 2. ita et in supplicio hostium, aquas ut Spiritus iudicii concitauit, et rebellis aduersus Iehouam et Regem ipsius detrusit in vndas, submersit, delcuit.

### §. XXIV.

Ad singula cantici verba ut commentemur, *{nec chartae nec temporis permittit angustia.* Versionem dabo cum obseruationibus; quae sufficere queant. Plura qui desiderauerit, Autores consulat in b. LILIENTHALII Archivario biblico p. 160. 61. laudatos. Versuum distinctionem ex vernacula retinebo, et cum Strophis cantici coniungam.

### §. XXV.

Pars PRIOR praesentia Dei celebrans miracula v. I. - II. sic progeditur.

STRO-

STROPHÄ I. v. 1. *Cantabo Ichouae: nam extollendo se extulit. Equum et sessorem eius deiecit in mare.* Magnificat et effert se Ichoua factis; dum magnitudinem demonstrat. Constratio verborum hebraicinum refert. Non male VULGATVS: gloriōse magnificatus est; secutus Alexandrinum ευδοξεῖς δέδοξασθεν. In equis confidebant bellatores gentium: hos cum sessore prosternit Ichoua. Interdixit populo ne quadrigas multiplicent, Deut. XVII. 16. nec in equitatu glorientur. Ps. XX. 8. XXXIII. 17. LXXXVI. 7. CXLVII. 10. Prou. XXI. 31. Es. XXXI. 1. 3.

STROPHÄ II. v. 2. *Robur meum et canticum Iah: et factus est mihi in Seruatorem. (Iesum.) Iste Deus meus: et habitare eum faciam. Deus Patris mei: et extollam eum.* Cum Iah et Ichouah coniunguntur, ut Es. XXVI. 4. in Iah Ichouah petra in saecula: illud ex hoc non videtur per syncopēn contrāstum. Accedit, quod in τῷ semper sit punctum Mappik. Idem vero exprimit, quod Ichoua: unde Κύριος vertit Alexandrinus. Rhythmi causa et haec vox videtur studiose adhibita. Iah iste Messias est: quo nomine et iam celebratur Ps. LXVIII. 5. Is. n. oþVR, et corporaliter; hostes repellens: et spiritualiter; nam in Ichouah nobis est iustitia et robur. Es. XLV. 24. IESCHVAH et salutem exprimit, et Saluatorem. Ipsum nomen innuisse videtur Scrutoris Iesu, qui in Mole erat, Spiritus Christi. Demonstratiuum τῷ ISTE gestum refert, quo Deum in columna nubis praecuntem designauit Moses: quod suboluit Iudeis, quando Ichouam visibiliter adparuisse fabulantur. VANVEHV difficultioris est interpretationis. VULGATVS vertit, glorificabo: sic et Gracius. Radix τῷ idem valet ac habitavit: nec deferi potest ista notio, ob cognatum naue, quod de habitaculo sanctitatis v. 13. adhibetur. In Hiphil proinde exprimit: habitare eum faciam. Sic et CHALDAEVs, et cum eo Philologorum pars maxima accipit. Dictione emollitur, si phrasis germanica efferas: Er soll unter uns wohnen; Faciam ut inter nos habitat. De tabernaculo extruendo quando cum interpretibus exponitur: iactantius dictum videtur, nec conuenit cum v. 17. vbi habitaculi conditor ipse Ichoua est.

STRO-

**STROPHÄ III.** v. 3. 4. hem. pr. *Iehoua vir belli; Ichoua nomen eius. Currus Pharaonis et exercitum eius proiecit in mare. Quem Heua celebrauit Virum Ichoua Gen. IV. 1. is populo suo Vir belli est. Deus fortis Es. IX. 6. Promisit Mosis: Dominus pugnabit pro vobis. c. XIV. 14. adde Ps. XXIV. 8. Iehoua nomen eius: et nomen Ichouae in ipso. Exod. XXIII. 1. Es. XLII. 8. c. XLV. 18.-21.*

**STROPHÄ IV.** v. 4. 5. *Et selectio Ducum eius submersi sunt in mari algoso. Abyssi operuerunt eos: descenderunt in profunda; ut lapis. Mare S V P H, latine algosum: nam magna algae in littore est copia. Graeci appellant erythraeum, ab Erythro rege quodam ibi submerso: quod dum Latini rubrum verterunt; maris rubri inde enata est appellatio. Accurate CVRTIUS L. VIII. ab Erytbro Rege conditum est nomen: propter quod ignari rubere aquas credunt. In profunda hic demersi sunt ut lapis, qui ut poma naturæ didicerant. NEH. IX. II.*

**STROPHÄ V.** v. 6. 7. *Dextera tua, o Ichouah! magnificata est in virtute: dextera tua, o Ichoua! confregit hostem. Et in multitudine excellentiae tuae subueristi surgentes contra te. Misisti iram tuam, quae deuorauit eos tanquam stipulam. Dextera Dei bellatoris emblemata est potentiae hostem prosteruentis. Ps. CXVIII. 14 16. Mosis hacc non erat, quam extenderat manus. c. XIV. 21. 26. Ira Dei immittitur efflue: haec velut fax comburit. Similitudo a stipula plane egregia. Facillime incenditur, nec relinquitur fauilla. Es. XLVII. 14.*

**STROPHÄ VI.** v. 8. *Platu narium tuarum coaceruatae sunt aquae: flumina constiterunt, ut cumulus abyssi: coagulatae sunt in medio mari. Qui mediante refluxu maris transitum Israelis cum Io. Clerico contendunt factum; Mosen mendacii arguunt, spiraculo narium Dei irati hoc tribuentem. Nec refluxus erat tempore transitus, sed fluxus: prout eleganter demonstravit b. Io. G VIL BAIER, Fil. in Diff. an tempore transitus Israelitarum per mare rubrum fuerit ordinarius refluxus seu detumescens. len. 1713.*

**STROPHÄ VII.** v. 9. *Dixit hostis: persequar! adipiscar! dividam spolia! iis explebitur anima mea! Exeram gladium meum! haeredi.*

bæreditate eos expellit manus mea! Mimesis per Prosopopoeiam thrafonum triumphum ante victoriam canentium, admodum iucunda. Spolia copiis pollicitus Pharao, vt ad perseguendum incenderet: sed diuidit Messias; hoste exuto. *Luc. XI. 22. Col. II. 15.* שׁרֵי bæreditauit: in hiphil, haereditare fecit: sed et contrariam habet significationem, vt h. l. haereditate expulit. *Num. XXXII. 21. Ios. III. 10.*

**STROPHÆ VIII. v. 10.** Flauisti tuo Spiritu: mare eos operuit. Submersi sunt: velut plumbum; in aquis vehementibus. רוח Spiritus ventum signare valet procellosum: nec inepte ex v. 8. Exponi vero et potest de Spiritu iudicij. Sic AMEROSIVS de Spiritu S. L. III. c. 4. A V G V S T I N V S Quæstion. LV. Adoptat ad h. l. CALOVIVS. Ita hostium excisio Spiritui S. tribuitur Es. XI. 4. coll. II. THESS. II. 8. Es. LXIII. 9. Vnde David exclamat: quo ibo a Spiritu tuo: Ps. CXXXIX. 7. Simile sicut plumbum, lapsus et submersionis celeritatem eleganter pingit. Sic irrita facit Iehoua consilia gentium, et infingit cogitationes populorum Ps. XXXIII. 10. II.

**STROPHÆ IX. v. 11.** Quis similius tui inter Deos, o Iehoua? Quis similis tui? Magnificus sanctitatem, tremendus laudibus, faciens mirabile? באלים Vulgata verit: in fortibus: consentit R VETVS ad h. l. Opp. T. I. p. 955. Alexandrinus reddit inter Deos. Dubius haeret, cui accedat, CLERICVS. Fluuntatio vana. Sanctitas, et tremor reverentiae, cum notione robusti, minus cohaeret. Legitur vox לְאָנָה et in plurali de idolis Ex. XXXII. 13. DAN. XI. 36. Effect metrum, ut pro באלים adhibuerit vates. Iudam Macabaeum, respicientem ad litteras initiales huius versus מִכְבֵּב nomen Macabaei sibi elegisse, coniectura non est inanis. In symbolum ante iam adoptare potuerat, quam insignibus insfigi curasset: vnde dubium Druſi et Sealigeri ex l. Macc. II. 2. nos non moratur. Commentarium ad haec verba exhibet Paulus l. Cor. VIII. 5. 6. Adde Ps. LXXII. 19. Imitantur, qui Deum adorant vicarium: equis bestiae similes? APOCALYPS. XIII. 4. Norah ex נִפְהָל tumult in Part. Niphah tremendum signat: datur enim et tremor reverentiae, de quo locum explicet Paulinum PHIL. II. 13. Perperam ex רַאֲנָה vidit, illustrè vertit Clericus. Coherent omnino laus et tremor. Tremenda Dei et inter laudes maiestas: celebratio cum tremore pie iteranda. Exemplum vide Es. VI. 3. 4. 5. Qui mirabile hic facit: ipse mirabile dicitur, PELE, Es. IX. 6.

### §. XXVI.

Sequitur pars cantici posterior, quæ futura pingit Dei beneficia v. 12-19.

**STROPHÆ X. v. 12. 13.** Extendisti manum tuam; absorbisti eos terra. Duxisti in benignitate tua populum tuum, quem redemisti. Duxisti tuo robore ad bahitam.

habitatulum sanctitatis tue. Percutientis gestus est extensis manus. Gen. XXII. 12. Ps. CVI. 26. Respicitur vero ad manum Mosis, iussu Dei extentam. c. XIV. 16. 16. 27. Sublime in idearum iunctura! Extenditur manus; deuorat terra! Mare cum pars est terrae: concinne dicuntur a terra absorpti, qui in mari submersi perierunt. Deinde, cum sicut lapis et plumbum in ima detrudi sunt; haec erunt omnino a terra absorpti aliquamdiu in fundo limoso, donec mare eiseret. Futurum pro praeterito significavit non destituitur: vertas, se musste die Erde sie verschlingen. Quae sequuntur in praeterito verba, futurum prophetice depingunt. Videt Propheta cui oculos aperuit Deus, futura ut praesentia: de certitudine eventuum conspicus, ut praeterita praedicat. דָבָר bonitatem et gratuitum Dei fauorem exprimit: quod uno verbo benignitatem dicimus. Vulgatus in misericordiam: sed miseria h. l. non respicitur. קְנַת, unde Goel, valde emphaticum est, et ideam *victors*, *vindicans*, *liberans*, *redimens*, iunctim complestatur. Compara Es. XLIII. 1. Hos. XIII. 14. Hiob XIX. 25. Es. XXXV. 10. LXII. 12. Eph. 1. 7. Habitatulum sanctitatis nequaquam montem Sinai signat, ut Clericus vult: nunquam enim in eo *habitat* dicitur Deus; qui mons habitaculi ei opponitur v. 17. Terram Canaanis intelligit CALO. VIVS: nec repugno, modo denominatio a sanctuario et templo ibi extenuendo dicatur desumpta.

**STROPHAE XI.** v. 14. 15. hem pr. Audierunt populi: contremuerunt. Dolor corripuit inhabitatores Palæstinae. Tunc perterriti sunt millenarii Edom. Equidem gladium strinxerunt populi, transitum manu armata Israeliis denegatur: sed consternatio efficit. Iosuae II. 10. Deut. II. 4. בְּלֹא: Duces, qui milibus praecerant. Mich. V. 1.

**STROPHAE XII.** v. 15. Potentes Moab: apprehendit eos tremor. Liquescunt sunt omnes incolae Canaan. Namogu VULGATVS vertit obriguerunt: sed metaphora subiacet contraria. Rectius Alexandrinus: εξαντοσ, liquescunt sunt; simili a cera, cui ignis admouetur, desunto.

**STROPHAE XIII.** v. 16. Cadat super eos tremor et pavor: magnitudine brachii tui conticescant, si ut lapis. Donec pertranserit populus tuus, o leboua! Donec transiit populus iste, quem acquisiui. Verbum בְּלֹא, quod et excindere notat, rectius hoc loco conticescere vertitur. Emendetur ideo versio nostra: Vor der Macht deines Arms mach sie stumm wie Stein; aut si manus: mach sie barre wie Stein. Alexandrinus vertit: απολιθωσαντος, lapis descendat. Stupore immobiles fiant: ne transitum tentantibus armati resistant. קְנַת acquisitionem et possessionem iunctim exprimit.

**STROPHAE XIV.** v. 17. Introduces eos et plantabis in monte haeredis tuae, Sedem, ubi habitis, parasti leboua! Sanctuarium, Adonai! firmatur

runt manus tuae! Plantandus erat populus, quodsi ex vaticinio Iacobi ad vitam alligari debebat nullus Schilonis. Gen. XLIX. II. Plenius enunciat Psaltes: vineam de Aegypto transiuiisti: ecclis gentes, et plantasti eam. Ps. LXXX. 19. HAEREDITAS nequaquam Denique locumque ipsi delectum respicit, ut vult Riuetus; sed populum, cui ex pacto Abrahamicito terra promissa in haereditatem erat concedenda. Notio haec dispositionem testamentariam inuoluit: obtinebant terram hanc Israelitae ut typum et pignoris haereditatis cœlestis. Matth. V. 5. Legatur ad h. l. Dissertatio nostra: Mansueti terræ hatredes, Mons haereditatis itaque Sion est in terra promissionis. מִצְרַיִם locus dispositus: vide 1. REG. VIII. aedificauit locum commemorationis; locum quo habiles in perpetuum. Sic templum vaticinatur Moses, Deo extriendum: nec errauit Daud, cum aedificandum constituerat. II. SAM. VII. 1. seqq. In hoc tantum deliquit, quod arrogans, post arcem sibi extrectam, consilium ceperit de domo aunc et Ichouae paranda; nec prius concessionem a Deo expetuerit,

STROPHA XV. v. 18. 19. hem. pr. Ichoua regnabit in saeculum et in sempiternum! Etenim venit equus Pharaonis cum curribus suis et equitibus eius in mare. Vulgatus reddit in aeternum et ultra: unde Scholastici ingeniose dispensant, quomodo vita aeternitatem detur progressus. De regno Messiae perpetuo videll. Sam. VII. 12-16. Es. IX. 6. 7. Luc. 1. 33. Hostes is conterit elatos quoscumque; similiter ut Pharaonem, qui adeo superbe ingressus est, deiecit.

STROPHA XVI. v. 19. Sed reuertit seclit Ichoua super eos aquas maris: et Fili Israël iuierunt in ardo per medium huius maris. Gestu emphatico hoc mare designauit Moses; quo hostes submersi, Israelitae seruati.

### §. XXVII.

Tribus adhuc verbis de Cantico Mosis et agni Apoc. XV. 3, obseruationem subiungam. Existimauit non ita pridem S. R. HARENBERGIVS M. seel, Lips. Nov. Vol. V. P. 1. p. 18. canticum respici Mosis elenchticum, Deut. XXXII. Verum ad laetitiam liberatorum ex Aegypto spirituali Apoc. XI. 8. qua ad mare vitrum iubilant, minus accommodatum est carmen elenchticum. Hinc de triumphali expono. Siue elenchticum in sacrificio matutino: ita triumphale in vespertino decantabant Israelitae. Vespera ecclesiae sub tuba septima adpropinquat. Simili miraculo liberata a tyrannde Antichristi triumphat ecclesia. Agnum non offert: sed agni canit visionem. Adsistet ecclesiae Evangelicae Ichoua Liberator, ut cantico hoc Mosis in laudes agni, cuius sanguine vicerunt sui, ad orbis visque interitura subile!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

NOBILISSIMO RESPONDENTI  
GRATIAE DIVINAE ET GAVDII IN SPIRITU S.

AVGMENTVM!

CASPARVS IACOBVS HVTIUS D.

**E**ximias ingenii dotes ut larga manu Tibi gratiōe concessit diuinum Numen: ita pietas et industria exornant; comitas magnopere commendat. Benedictionis haec est a piis Parentibus ad liberos transeuntis, haereditas. Felicitatem istam viuendo non attigit Reuerendus Pater: videt tamen et laetatur Senex venerabilis et Auus dulcissimus, maxime reuerendus Theologus, 10. A.D. ROTHIVS, Superintendens Monachomontanus meritissimus: cui Nepotem insignis spei, et gaudia iustissima toto animo gratulor. Institutionibus Theologicis exegeticae, symbolicae, typicae, moralis, homileticae, et casuisticae laudabili adhuc interfuiſti industria. Nunc et in festinitate, quam pietas erga ACADEMIAM IENENSEM celebrare adegit, cathedram mecum conſcendis Theologicam. Perge in hoc tramite: reuiuisceſt in te PATER, prae-matura morte ecclesiae eruptus. Diligent, qui Te norunt: experietur vero ecclesia, cui studia consecrasti, quam coeleste et inaestimabile donum sit ingenium poeticum et theologicum pectus. Vale

Scribebam in Academia Fridericiana Erlangensi

d. I. Febr. MDCCCLVIII.

In cantiūcula Lamechi p. 7, duos priores versus velim emendari. Tonum cum patach furtiuum in vltima schemaan non admittit; ex anapaeflo iambus cuditatur:

cui vt respondeat vox altera haſenna, facile impetratur. Schemaan: v h̄ſt!

Haſen-, mein Worf! vernimmi. In voce baragli licentiam poeticam  
vt admittamus, exigit metrum.

Fd 2082

ULB Halle

004 222 318


3



8b.

A6





# CANTICVM MOSIS TRIVMPHALE

*EXOD. XV. 1-21.*  
AVGVSTVM POESEOS HEBRAEORVM EXEMPLVM

DISSERTATIO THEOLOGICA IVBILAEA  
BISSAECVLARI  
CONDITAE ALMAE SALANAE  
MEMORIAE CONSECRATA

*ADSISTENTE ECCLESIAE EVANGELICAE TUTORE DEO  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
F R I D E R I C O  
MARGGRAVIO BRANDENBURGI BORVSSIAE  
SILESIAE MAGDEBURGI CLIVIAE DVCE  
BVRGGRAVIO NORIMBERGAE CAET. CAET.  
DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO  
PRAESIDE  
CASPARO IACOBO HVTHIO  
SS. THEOL. D. ET PROF. PVBL. ORD.  
ANTISTITE PALAEOPOLITANO SOCIETATIS TEVTONICAE  
DIRECTORE GYMNASII ILLVSTRIS SCHOLARCHA  
ORDINIS THEOLOGORVM H. T. DECANO  
IN ALMA FRIDERICIANA ERLANGENSI  
DIE III. FEBRVARII MDCCCLVIII. m.  
RESPONDEBIT  
IOANNES ADAMVS LVDOVICVS WEZEL  
BARVTHINV  
SS. THEOLOGIAE CVLTOR  
SOCIETATIS TEVTONICAE ERLANGENSIS SODALIS.*

ERLANGAE  
TYPIS IO. DITER. MICH. CAMERARII ACADEM. TYPOGR. 1758.